



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Monachorvm D. Bernardi, S. R. E. Cardinalis, Et Abbatis Cassinensis

**Arnulfus <de Boeriis>
Bernardus <Ayglerius>**

Dilingæ, 1616

Cap. I. De duobus quæ in Proceßione requiruntur, ad hoc vt debito modo
fiat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48585](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48585)

ficientibus inferit, pertractandam
aggredior: ut mihi Deus dederit.

Quæ diuiditur in duas partes,
quarum prima continet quæ in pro-
fessione requiruntur.

Secunda quæ in malè viuente in
monasterio reprehenduntur.

CAPITVLVM I.
IN QVO AGITVR
DE DVOBVS QVÆ
IN PROFESSIONE REQVI-
runtur, ad hoc scilicet,

quod debito mo-
do fiat.



Tota, q, quædam in
professione requirun-
tur quæ ante & post,
& in ipsa, dum emit-
titur, necessaria & uti-

H 6 lia

lia valde esse videntur ad hoc, quod professio debito modo agatur. Requiritur enim quod ad illam veniatur voluntariè. Et quod ipsa fiat discretè.

Circa primum notandum est primò, qualiter voluntas diffinitur.

Secundò quod bonum opus ex voluntate attenditur.

Tertiò quod est acceptabile, quod voluntariè impenditur.

Considera igitur quod B. Augustinus voluntatem sic diffinit: *Voluntas est animi motus, ad aliquod bonum imitandum, vel adipiscendum.* Hæc autem diffinitio satis patet in bona voluntate. Nam motus animi voluntarius in bonum, ad hoc scilicet quod est malum non imitatur, sed vt ipsum fugiat; & vt aliquid boni vel ipsum summum, vt adipiscatur, desiderat. Oportet ergo quod bona voluntas figat suum desiderium

*Voluntas
quid.*

rium de summo bono, & abhorreat
per consequens quod suadetur ex
desiderio malo, & ad hoc ordina-
tur animi motus, & disponatur in-
trinsecus homo totus.

Quod autem bonum opus ex
voluntate attendatur, ex verbis B.
Ambrosij probatur: Non satis est,
inquit, benè velle, sed etiam benè
facere. Nec satis est iterum benè fa-
cere, nisi ex bono fonte, id est, ex
bona voluntate proficiatur. Nul-
lus nisi voluntariè, primitias suæ cō-
uersionis Deo iubetur offerre; Si-
cut in Exodo dicitur: *Separate apud* Exodo
35.50
*vos primitias Domino, omni volunta-
rius, & prono animo offerat eas Domi-
no.* Perfecto enim corde, & volun-
tate propriâ debemus nos officijs
diuinis astringere; sicut Dauid Sa-
lomon in Paralip. dicitur dixisse:
Salomon, inquit, fili mi, scito Deum 1. Paralip.
28.90
patri tui, & serui ei corde perfecto, &
voluntario animo. Nam si quis vo-

H 7 lunta-

luntario animo; & puro corde De-
 um quærendo profitetur; eum pro-
 culdubio inuenire meretur; vnde
 in Paralip. legitur: *In omni enim cor-*
2: Para. *de suo iurauerunt, & in tota voluntate*
15: 15. *quæsiuerunt eum, & inuenerunt.* Certè
 qui congregationi Religiosorum se
 iungit, & huius sæculi mala detestã-
 do & abhorrendo fugit, & bonam
 voluntatem habēs regulares obser-
 uãtias appetit, & alios sibi, & se illis
 in solidum firmamentum cõstituit,
 vt & ab alijs adiuuetur eius propo-
 situm, & ipse sit alijs quodammodo
 firmamentum; vnde legitur in lib.
1. Mach. *Congregata est ad eos syna-*
2. 42. *goga Assidæorum fortis viribus ex Israel*
omnis voluntarius in lege: & omnes
qui fugiebant à malis, additi sunt ad
eos, & facti sunt illis ad firmamentum.
 Ad tertium dici potest, quod ita bo-
 num opus acceptabile est profitētis,
 sicut procedit ex mente voluntaria
 offerētis; vnde B. Hieron. dicit: Do-
 minus

minus

minus non ea quæ offeruntur, sed voluntatē offerentiū respicit. Nam si bona voluntas in offerente votum Domino habeatur, illa, quæ respicit ad orientē diuinæ gratiæ porta, offerēti quasi singulariter aperitur, prout hoc in Ezech. dicitur: *Cum autem fecerit Princeps spontaneum holocaustū, aut pacifica voluntaria Domino, aperietur ei porta quæ respicit ad orientem.* Ezech. 46. 12.

Adeo autem voluntarius, & hilaris debet offerre Domino se & sua, quæ nulla reseruetur in animo voluntas, aut tristitia. Qui enim dat hilariter suū munus, hunc acceptabilē habet Deus, sicut dicit Apost. ad Cor. *Vnusquisque det pro ut destinauit in corde suo non ex tristitia, aut ex necessitate: hilaritatem enim datorem diligit Deus.* 2. Cor. 9. 7. Et nota quod mala voluntas hominem damnat, & bona eum à poenis liberat. Hoc B. Aug. nobis indicat: *Quis, inquit, nesciat, nec damnari hominē nisi merito malæ voluntatis, nec saluari*

saluari nisi habuerit bonam voluntatem? Iustitia enim non consummatur in opere, vbi non est bona voluntas in mente. Vnde Chryso-
 stom. ait: Iustitia ex opere non consummatur, nisi & voluntas affuerit. Secundū enim illud quod est prō-
 pta, est voluntas Deo amabilis & ac-
 cepta; sicut dicit Apostolus ad Co-
 2. Cor. 8. rinth. *Si enim voluntas prompta est,*
 32. *secundum id quod habet, accepta est,*
non secundum id quod non habet.

Sequitur de professione quod sit discreta: Quia bona voluntas non est sufficiens profitentis, nisi adsit intelligentiæ cautela, & ratio discretionis: ne fortè honorando sanctos, primò in eo quod vouit, ruina pareatur non complendo quod inconsultè promisit. Vnde in Prouerb. dicitur: *Ruina est hominum deuota-*
 Prouer. re sanctos, & postea retractare. Ex-
 30. 25. pone deuotare, id est, de voto suo honorare. Ad hoc igitur profiten-
 dum

dum rationabiliter, & deliberandum sapienter, indulgetur à Regula tempus, vt informetur interim ad cautè promittendum nouitij intellectus. Ad hanc quippe cautelam est sollicitudo utilis, illa est cautela laudabilis in qua totum ratio agit. Hoc considerans prudenter Beatus Pater Noster indulget pulsanti perseveranter probationis tempus, & consulit difficultatem ingressus, ac illatas iniurias per quatuor aut quinque dies patienter portanti, in cella hospitem moram aliquibus diebus vult concedi: at exeuntem cellam hospitem, cellam vult ingredi nouitiorum. Et apponas mentem, quantam consulit sollicitudinem. Primò enim duos menses, & postea sex indulget ad deliberationem, & vltimò quatuor antequàm emittat professionem. Hæc omnia prudenter & cautè ad deliberandum largitur; sicut hæc omnia ex regu-

cap. 580

regula conceduntur, vt interim se-
 mitas cōsiliorum discat, per quas se-
 iturū ad Deum sciat. Et ne pedes e-
 ius incautē offendant. pedū positio-
 nem palpebræ considerādo præce-
 dant; sicut legitur in Prouer, *Palpe-
 bra tua precedant gressus tuos.* Quod
 enim diu est deliberatū, postea ce-
 leriter est agēdum, vt dicit Sapiens:
Diu delibera, & citò fac. Non enim
 consilia & opera nostra sunt præci-
 pitanda, sed consultē ordinanda. Et
 ne viuēdi ordo corrūpatur, tempus
 deliberandi, & induciæ indulgētur;
 vt Calixtus Papa ait: Nos tēpore in-
 digemus, vt aliquid maturius aga-
 mus. Non præcipitemus consilia &
 opera nostra, ne eorum ordinationē
 corrumpamus. Sermo enim qui per
 maturitatē est opportunus, est ad p-
 ferendum optimus. Et cogitationes
 absq; consilio, de facili dissipantur;
 sicut & vbi plures sunt consiliarij,
 confirmantur. Vnde per Salom. di-
 citur: *Dissipantur cogitationes vbi non*

est

Prouer.

4.25.

est consilium: ubi verò sunt plures cōsi- Prouerò
 liarij, confirmatur. Et post pauca: Ser. 15. 22.
 mo opportunus est optimus. Nec cū Deo
 loqui temerè, sed prudenter & ma-
 turè debemus. vnde Eccl. dicit: Ne
 temerè quid loquaris, neq; cor tuum sit Eccles.
 velox ad proferendū sermonē corā Deo. 5. 1.
 Oportet præterea, q; eius, qui habuit
 ad deliberādum tēpus, sit informa-
 tus interim intellectus, & sic eius p-
 missio sit voluntate fidelis ad perie-
 uerandum, & sermone discretus ad
 professionē emittendam. Alioquin
 vnde Deo crederet placere? Infide-
 liter & stultè facta promissio displi-
 cet; sicut dicitur in Eccl. Displicet e- Eccles.
 nim Deo, stulta & infidelis promissio. 5. 3.
 Nos enim illa quæcunq; dū vixeri-
 mus facturi sum⁹, intelligere prudē-
 ter debemus; vnde legitur in Prou.
 Sapientia callidi, est intelligere viam Prouer.
 suam. Doctus namq; & informatus 14. 8.
 intellectus libenter exoluitq; voue-
 rat spontaneus, vt sic intelligatur
 quod in Exod. legitur: Mulieres doctæ
 red- Exod. 35. 25.

*reddunt quæ vouerant, sponte propria
cuncta tribuentes.*

Et nota, quod onus illud toto tempore est portandum, & est antea quantum ponderat considerandum; & sic vt in lib. Num. legitur:

*Numer: Vasa ministerij, iubente Aaron & filijs
4:26 eius, portabunt filij Gerson, & scient
singuli cui debeant oneri mancipari.*

Sunt quippe Gersonitæ portantes onera Domini, Cœnobitæ: Ipsi enim sunt, quantum ad mundum, in loco religionis aduenæ & personæ à mundo eiectæ; vnde Gersonitæ aduenæ ibi, vel eiecti interpretantur. Quia & à mundo, vt aduenæ, ad Religionis insulam deportantur, & separati à mundi conuersationibus, expelluntur. Onus igitur tantæ, & tam durabilis inuitationis, debet prouidere sapiens intuitu rationis. Et præterea, vt prudenter intelligat, quacunque parte se vertat, debet esse expectationis delibe-

deliberatio longa. Quæ quidem
 debet esse oculis prudentis vt gem-
 ma gratissima præstolans expecta-
 tio, quocumque se vertit prudenter
 intelliget. Sic enim & prudens in-
 tellectus, est Regi Regum quasi mi-
 nister; Sicut in Proverbijs dicitur:
Acceptus est Regi minister intelligens.
 Propter præmissa igitur Regula No-
 vitio frequenter legitur, vt lex, sub
 qua militaturus est, plenè intelliga-
 tur. Et sic quod habetur in Dente-
 ronomi. prudenter implebitur. *Cu-
 stodite, inquit, verba pacti huius, &
 implete ea: vt intelligatis uniuersa qua
 faciati.* Sed inter ista notandum,
 quod non est temerarius iudican-
 dus, si aliquis considerans sibi im-
 minere naufragium, & mortis æ-
 ternæ periculum, qui fortè expe-
 rientiam pœnitentiæ apprehendat
 in sæculo, vt iam offerat suum sacri-
 ficiu Deo, temporū moras rum-
 pit, seq; Deo committit. Quia eius
 inspi-

Provera

14 35.

Dente

29. 9e

inspiratio de intellectu plenius praevidit, & hoc forsitan in oratione obtinuit. De hoc legitur in Iob.

*Iob. 32. Spiritus est in hominibus, & inspiratio
8. Omnipotentis dat intelligenciam.* Est

enim procul dubio veritatis intellectus in eo, qui ponit fiduciam totam in Deo; sicut legitur in libro Sapientiae: *Qui confidunt in Domino, in-*

Sap. 3. 9. telligent veritatem.

CAPITVLVM II.

IN QVO OSTEN-
DITVR QVANTA
REPREHENSIONE DI-
gnus sit, qui iam professus male
in Monasterio conuer-
satur.



ICTIS superius quae
in proficiente requi-
runtur: Nunc quantam
reprehensione sit di-
gnus,